



UNA VOCE VENETIA

## Domenica di Passione

**Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem** *Joann. 8, 46-59*

IN ILLO témpore : Dicébat Jesus turbis Judæórum : Quis ex vobis árguet me de peccáto? Si veritátem dico vobis, quare non créditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Proptérea vos non audítis, quia ex Deo non estis. Respondérunt ergo Judaéi et dixerunt ei : Nonne bene dícimus nos, quia Samaritánus es tu, et dæmónium habes? Respóndit Jesus : Ego dæmónium non hábeo, sed honorífico Patrem meum, et vos inhonorástis me. Ego autem non quæro glóriam meam : est, qui quærat et júdicet. Amen, amen, dico vobis : si quis sermónem meum serváverit, mortem non vidébit in ætérnum. Dixerunt ergo Judaéi : Nunc cognóvimus, quia dæmónium habes. Abraham mórtuus est et Prophétæ; et tu dicis : Si quis sermónem meum serváverit, non gustábit mortem in ætérnum. Numquid tu major es patre nostro Abraham, qui mórtuus est? et Prophétæ mórtui sunt. Quem téipsum facis? Respóndit Jesus : Si ego glorífico meípsum, glória mea nihil est : est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dícitis, quia Deus vester est, et non cognovístis eum : ego autem novi eum : et si díxer, quia non scio eum, ero símilis vobis, mendax. Sed scio eum et sermónem ejus servo. Abraham pater vester exsultávit, ut vidéret diem meum : vidit, et gavísus est. Dixerunt ergo Judaéi ad eum : Quinquagínta annos nondum habes, et Abraham vidísti? Dixit eis Jesus : Amen, amen, dico vobis, ántequam Abraham fferet, ego sum. Tulérunt ergo lápides, ut jácerent in eum : Jesus autem abscondit se, et exívit de templo.

**Dal Vangelo secondo Giovanni** *Giov. 8, 46-59*

CHI di voi mi potrà convincere di peccato? se io vi dico la verità, perché non mi credete? Chi è da Dio ascolta le parole di Dio. Per questo voi non le ascoltate, perché non siete da Dio. Replicarono i Giudei: Non diciamo con ragione che tu sei un samaritano e indemoniato? Gesù rispose: Io non sono indemoniato: ma onoro il Padre mio e voi mi vituperate. Ma io non cerco la mia gloria, c'è chi ne prende cura e ne giudica. In verità, in verità vi dico: chi osserva i miei comandamenti non vedrà morte in eterno. Gli dissero allora i Giudei: Or vediamo bene che tu sei posseduto da un demonio. Abramo è morto, e così i profeti e tu dici: Chi osserva i miei comandamenti non vedrà la morte in eterno? Sei forse da più del padre nostro Abramo, che è morto? Ed anche i profeti sono morti. Chi credi mai di essere? Gesù rispose: Se io glorifico me stesso, la mia gloria è nulla: c'è a glorificarmi il Padre mio, il quale voi dite che è Dio vostro; ma non lo avete conosciuto. Io sì che lo conosco, e se dicessi di conoscerlo, sarei, come voi bugiardo. Ma io lo conosco ed osservo le sue parole. Abramo, padre vostro, sospirò di vedere il mio giorno: lo vide e ne trucidò. Gli opposero i Giudei: Non hai ancora cinquant'anni e hai visto Abramo? Gesù rispose loro: In verità vi dico: prima che Abramo fosse nato, io sono. Dettero allora di piglio alle pietre per tirargliele, ma Gesù si nascose e uscì dal tempio.